



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An idem possit esse Baptizans & Patrinus. n. 72.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

prædicant, imo esse contentus cum Barbosa in Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. Matrim. n. 26. si commater traderet infantem sacerdoti iam baptizatur, cuiusque deinde reddendum finire baptismo.

CONFERENTIA. XXXX.

Puerperâ mortuâ, periclitans fœtus editus Baptizatur à vidua: quæritur proinde, an ista vidua possit contrahere cum viduo seu viro emortuæ puerperæ: ratio dubitandi est, quia Baptismo necessitatis & non solenni, non videretur contrahi cognatio spiritualis.

RESOLUTIO: Quamvis Patrinus Baptismi privati non fiat cognatus Spiritualis, sit tamen Baptizans; ita Gob. hic n. 577 citans pro priori parte Sanchez Lib. 7. de Matrim. disp. 26. n. 14. & pro posteriori Marchant. In Resol. pastor. de cap. 5. n. 3. unde vidua, quæ Baptizat Filium vidui, non potest cum eo contrahere. Ad rationem dubitandi & cum viduere quoad Baptizantem.

CONFERENTIA. XXXXI.

72. **N**on pridem petiit in nostra vicinia Pater Baptizandi à Parocho ut Patrinum ageret: an rationabiliter?

&. Rationabiliter & irrationabiliter; rationabiliter quidem, Si Parochus habuisset Capellanum vel vicarium: irrationabiliter autem, si unus idemque deberet agere Baptizationem

to rem: quæ enim tunc interroganti respondeat?
ais: interrogatio & responsio casu conveniunt;
itaque potest Baptizans sibi ipsi respondere: ar
benè quidem ais, casu conveniunt sed non sub-
jecto.

13.

CONFERETIA XXXX II.

Contingit nonnunquam Parochum negli-
gentem esse in notandis ad Librum Bapti-
zatorum Baptismatè sacro renatis, an non gra-
viter peccet? ad hoc.

¶. Quintanao. singl. tr. 2. sing. 2. peccare
mortaliter: ratio est: quia ista negligentia ver-
git in magnum præjudicium Baptizati: etenim
ex talibus libris petitur testimonium ætatis
pro ordinibus, professione in Religione, Matri-
monio, liberatione à tutela, minoritate, de
cognatione spirituali, & de Parentibus. Unde
valde providè vehementer hortatur P. Gob.
hic. tr. 2. n. 589. Dominus Parochos, ut no-
tent non solum dies Baptismi, sed & nativita-
tis: imò etiam horam quâ quis natus est: an
ante vel post prandium prodierit in Lucem:
quia tale registrum facit plenam fidem coram
quovis tribunali, quando est quæstio vel de
Baptisma reverè collato, vel de ætate: siqui-
dem Parochus in tali & pro tali actu est Nota-
rius Publicus.

De